Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui
curauit gentem suam. et liberauit eam a peruicie
qui preualuit edificare ciuitatem qui adeptus est
gl̄iam in conuersatione gentis et ingressu domus
et atrij amplificatus est quasi stella matutina in
medio nebule et quasi luna plena in diebus suis
lucet. Et quasi sol refulgens. sic ille refulsit in tem
plo dei et quasi arcus refulgens inter nebulas gl̄ie
et quasi flos rosarum in diebus veris. et quasi lilia
que sunt aque. et quasi redolens thus in diebus estatis. Gr̄ Iuuauit
In illo tpe. D. d. i. d. s. Iude Scdm̄ marcum 13.
te ecce p̄dixi vobis. Sed in diebus illis post tribula
tionem illam. sol contenebrabitur et luna non dabit
splendorem suum. et stelle celi erunt decidentes. et v̄
tutes que sunt in celis mouebuntur. Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nubibus cum virtute
magna et gl̄ia. Et tunc mittet angelos suos. et con
gregabunt electos suos. a quatuor ventis: assumo
terre: usque ad summum celi. A ficu autem discite parabolam
Cum iam ramus eius tener fuerit et nata fuerint fo
lia. Cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic et vos
cum videritis hec fieri: sciote quod in proximo sit
in hostijs. Amen dico vobis: quoniam non p̄teribit
generatio hec donec omnia ista fiant. Celum et ter
ra transibunt v̄ba autem mea non transibunt. De die autem
illa vel hora nemo scit: neque angeli in celo. neque filius
nisi pater. Videte. vigilate et orate. Nescitis enim quando
tpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit
domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusque ope
ris. Et iamtori p̄cepit ut vigilet. Vigilate ergo: ne